

- 45 *solidantur gubernacula populorum. Regis*⁷⁰ namque officium est, *ut*
*subiectis omnibus rectoris officium procuret, et sine*⁷¹ *acceptione per-*
*sonarum*ⁿ *unumquemque iudicare, advenas pupillos et viduas defendere,*
pauperes Christi egenos^o *ac peregrinos elemosynis alere*^p, *ecclesias dei*
*omni sagacitate*⁷² *defendere, furta cohibere, adulteria punire, iniquos*
50 *non exaltare, impios de terra perdere, parricidas*^q *et periurantes*^r *vivere*
non sinere, iustos super regni negotia constituere, senes et sapientes ac
sobrios consiliarios habere, patriam ac populum iuste et fortiter contra
*adversarios defendere, filios suos*⁷³ *in timore domini*⁷⁴ *enutrire et, ne*
impie agant, omni^s *industria*⁷⁵ *custodire, certis horis et congruis lectioni*
55 *et orationi incumbere, cibum et potum ante horas canonicas non perci-*
*pere, diem*⁷⁶ *mortis et diem iudicii cottidie*^t *suspectum ante oculos habere*
*Salomone attestante, qui ait: Fili, in*⁷⁷ *omni vita tua cogita novissima*
*tua, et in aeternum non peccabis. Non*⁷⁸ *enim potest esse gloriosa victoria,*
ubi non fuerint laboriosa^u *certamina* Paulo attestante^v, qui ait: *Non co-*

n) personarum acceptione V o) fehlt L p) sustentare T q) patricidas
 G; paricidas L r) peierantes T s) omne (?) T t) cotidie G; quotidie
 L u) *korrr. aus gloriosa G* v) atestante T

70) *De XII abusivis saeculi* (wie Anm. 51) S. 51, Z. 5f.: Nomen enim regis intellectualiter hoc retinet, ut subiectis omnibus rectoris officium procuret.

71) *Ebd.* S. 51, Z. 10–52, Z. 4: [...] sine acceptione personarum inter virum et proximum suum iudicare, advenis et pupillis et viduis defensorem esse, furta cohibere, adulteria punire, iniquos non exaltare, impudicos et striones non nutrire, impios de terra perdere, parricidas et periurantes vivere non sinere, ecclesias defendere, pauperes elemosynis alere, iustos per regni negotia constituere, senes et sapientes et sobrios consiliarios habere, magorum et hariolum et pythonissarum superstitionibus non intendere, iracundiam differre, patriam fortiter et iuste contra adversarios defendere, per omnia in Deo confidere, prosperitatibus animum non elevare, cuncta adversaria patienter ferre, fidem catholicam in Deum habere [...]

72) Siehe oben Anm. 50.

73) *De XII abusivis saeculi* (wie Anm. 51) S. 52, Z. 4–6: filios suos non sine impie agere, certis horis orationibus insistere, ante horas congruas non gustare cibum.

74) in timore domini ist eine geläufige biblische Wendung, vgl. z. B. Prov. 2,5; 14,26; 16,6; 23,17 u. ö.

75) Siehe oben Anm. 50.

76) Vgl. *Regula Benedicti* 4,44, 47, ed. HANSLIK (wie Anm. 50) S. 34: Diem iudicii timere, [...] mortem cottidie ante oculos suspectam habere (S. 34).

77) *Eccles.* 7,40: in omnibus operibus tuis memorare novissima tua et in aeternum non peccabis.

78) Vgl. *Ambrosius, De officiis*, ed. Maurice TESTARD (CC 15, 2000) 1,15,58, S. 21, Z. 21–23: ergo non potest quis praemium accipere nisi legitime certaverit, nec est gloriosa victoria nisi ubi fuerint laboriosa certamina. – Diese Stelle ist auch rezipiert bei Florus, *Collectio ex dictis XII patrum* (wie Anm. 49) Ambros. (358) IX S. 249, Z. 12–14.